qd aliter d2 hic et hec quadrimestris et hoc stre.

Quadrimestris in quadrimensis est

Quadrimodus.a q̈tuor uł q̈drus et modus cō
ponitur quadrimodus a dū.et h et h quadrimo
dis et h de

Quadrimulus in quadrimus est ¶ dis et h de

Quadrimus.a quatuor uel quadrus et annus
cōponitur quadrimus ma mū.i.quatuor anno4
vnde orac̃ in odis.Deprome quadrimum sabina
metu diota.et inde quadrimulus la lum dimi

Quadringenti.a quatuor uł quadrus et centū.
cōponitur quadringenti te ta.i.quater centū.et
mutatur c in g.nā sicut dicit p̄s est qñ n p̄ncipa
lis sillabe añ se assumit g ut natus gnatus et post
se c sepe positam in g conūtit ut in numeris qua
dringenti p quadrincenti a centum quingenti sep
tingenti octingenti nongenti.Adeo enī n p̄posita
facit c in g conūti q̄ in quib3 n non est numeris
seruant c ut ducenti trecenti.

Quadrinoctiū.a quatuor et noctiū cōponitur h
quadrinoctium tij.i.spacium quatuor noctium

Quadrinodis.Nodus cōponitur cū quatuor et
d2 h et h quadrinodis et h de.i.quatuor nodo4
uł quatuor nodos habens.vnde h q̈drinodiū dij

Quadriptior tiris.vide in ptior tiris ¶ et pō no

Quadrupedans.a quadrupes deriuat̄ quadrupe
dans dantis ge omnis.i.quadrupes.vnd ṽgił in
viij eneid.Quadrupedante putrem sonitu quatit
ungula campum.

Quadrupedius.a q̈drupes ¶ ungula campum.
d2 q̈drupedius a ū.et h et h q̈drupedalis et h le
et inde h q̈drupedalitas tatis.

Quadrupes q̈ ¶ et inde h q̈drupedalitas tatis.
drus cōponitur cū pes et d2 q̈drupes is.i.quatu
or habens pedes.et est ge cōmunis constructione
ħ omnis declinacōne.sicut et diues.Et h quadru
pes is quelibet bestia quatuor habens pedes

Quadruplatores in quadruplus est

Quadruplex quadruplicis in quadruplus vide.

Quadruplico plicas in quadruplus est

Quadruplus.a quatuor uł quadrus et plica ce.
componitur quadruplus pla plū.vñ quadruplo
plas.Itē quadruplico cas.i.in quatuor ptes ex
plicare uł diuidere uł q̈druplex siue quadruplū
facere.vnde quadruplatores et quadruplicatores
dicuntur usurarij in quadruplū sua recipientes.q̈
druplator eciam d2 senex uł contractus qui duob3
pedibus et duobus baculis sustentatus p plantas
incedit.et corripit dru naturaliter

Quadrus.a quatuor deriuatur q̈drus ra rum q̈
tuor angulos habens in q̈tuor lateribus.vnde h
quadra re.i.quarta ps panis uł alterius rei.Iuue
nalis.Vt bona summa putes aliena uiuere qua
dra.Et quadro ras ūbum actiuū.vnde h quadra
tura ture.et corripit qua naturaliter

Quadruuialis in triuium vide
Quadruuium in triuium vide
Qualia qualie est quedam auis et aqualis ul' dr
hec qualia a uoce quam facit scilicet quaquerea
Qualis ꝗe omnis et h' quale nomen relatiuū et
interrogatiuū q̈litatis. vnde qualiter adúbium. et
h' qualitas tatis. et qualitatiuus ua uū. et est q̈li
tas ꝭm quam quales dicimur. ut ꝭm albedinem
albi dicimur. et est ꝓꝑiū qualitatis ꝭm eam simi
le ul' dissimile dici. Et scias ꝙ relatiuū qualitatis
trahit genus a sequenti dccōne ut nullū deo tale
est sacrificiū qualis est zelus animaꝝ. et ꝓ̇ qua
Quam est coniūctio electiua. ut bonū est sperar̄
in dn̄o ꝙ̈ sperare in ꝑncipibus. et est adúbium si
militudinis. ut taꝫ plato ꝙ̈ꝫ sortes legit. et est ad
úbium cōꝑandi. ut iste est maior ꝙ̈ ille. et est ad
úbium ꝙ̈titatis. ut iste ꝙ̈ potest legit. et ꝭm hanc
significacōneꝫ potest quantus deriuari a ꝙ̈. et ꝙ̈
cōponitur ꝑ geminacōnem. et dr̄ ꝙ̈quam. i. ꝙ̈uis
Quamobreꝫ adúbium ¶ coniunctio adúsatiua
interrogandi ꝭm donatuꝫ. et acuit̄ penl' ꝭm quos
dam. et nunc uidetur esse quedā irregularis agg̃
gacō dcōnū que ponitur loco vnius dcōnis poci
Quampaucus ca cum ¶ us ꝙ̈ uera compositio
.i. ualde paucus. a quam et paucus
Quamnam in q̈ ꝑte sillabice hꝫ nam ꝭ papiam
Quamdiu qn̄ est vna ꝑs acuit̄ antepenul'. vide
in diu. et est ꝙ̈diu usqꝫ ad quem fineꝫ. ul' usqꝫ ad
Quando deriuatur a ¶ quod tempus ꝭm pap̄.
ꝙ. et est adúbium temporis. et est interrogatiuuꝫ
infinitū relatiuuꝫ. et cōponitur ul' sillabicatur. et
dr̄ qn̄qꝫ et qn̄cumqꝫ et quandoquidem. i. qꝛ et cor̄
qui. Item siquando nequando aliquando antepnl'
acuta ut ostendi in secunda ꝑte ubi egi de sex im
pedimentis accentus in c de impedimento endeꝭ
Et nota ꝙ quando habet sex composicōnes tm̄.
ut uult magister bene. ut siquando nequando ali
quando quandoqꝫ quandoquando quandocumqꝫ.
Ex h' patet ꝙ quandoq̇dem non est cōposicō ue
ra. ꝫ ponitur aliquando loco vnius partis. et est
pocius quedam uocū congeries irregularis ꝙ̈ cō
posicō. et tunc accentuatur ac si esset una dcō si
cut extēplo defacili. dextro eximprouiso. et cete
ra consimilia. ut dixi supra in iij ꝑte in c de figu
Quamlibet. i. ꝙ̈uis ¶ ra composita q̈si in fine.
et ac pnl'. ꝗꝗ. multū reliquit qui quamlibet parūꝫ
Quamqꝫ et similia habencia n ¶ totum deseruit
ante q per n scribuntur vide eciam in quam
Quantisper id est quantus.
Quantillus q̈tilla ꝙ̈tillum dimi de quantus.
Quantocius adúbium. i. ꝙ̈to ocius. uelocius. ci
cius. et componitur a ꝙ̈to et ocius aduerbio
Quanto minus due ꝑtes sunt. sicut et ꝙ̈to ma
gis. et ita sub duobus accentibus ꝓferende ꝭ hug̃
in libro de dubio accentu
Quantulus tula tulum est dimi de quantus
Quantus. ab h' accusatiuo quā deriuatur ꝙ̈tus
ta tū. vnde h' quantitas tatis. et ꝙ̈titatiuus a um
et ablatiuus de quantus scilicet quantis cōponit̄
cū ꝑ et dr̄ quantisper. i. quantū ut quantisper ua
let res ista. tantisper. Et scias ꝙ quantus querit de
quantitate continua. ad quod debemus responde
re nomina quantitatiua. ut quantus es tu. mono
cubitus. tricubitus. magnus. ꝑuus. Sed quot que
rit de quantitate discreta siue numero ad quod re
spondentur nomina numeralia. ut quot sunt isti

duo tres et huic exposicioni concordat pap̄ dicens
ꝙ̈ta ꝙ̈magna ul' ꝙ̈parua. vnde iacobus in episto
la sua. Ecce ꝙ̈tus ignis ꝙ̈magnam siluam incen
dit. i. quamꝑuus ignis ꝙ̈magnam siluā incendit
ꝙ̈tus et tantus ad mensuram. q̊t et tot ad nume
Quamuis. i. ꝙ̈quam ul' licet. ta ¶ rum ꝑtinent
men coniunctio aduersatiua. et acuitur in penul'
Quapropter. q̈obrem. ꝓpterea. quopacto ꝭ pap̄
Quartallum in quartarium exponitur
Quartanus. a quartus ta tuꝫ deriuatur quarta
nus na nū. i. quartus ul' quarta die contingit ul'
affligit. et h' quartana ne ꝓ quadaꝫ febre que q̈r
Quartariū. a quartus dr̄ h' q̈rta ¶ to die uexat
rium rij. quedaꝫ mensura que quartam ꝑtem sex
tarij capit. qd̊ et h' quartallū dr̄. q̈rtallū eciam dr̄
canistrū ul' cofinus in quo mortui efferuntur vide
Quartus ta tū tam ordina ¶ in cartallum in c.
le ꝙ̈ numerale. et dicitur a quatuor.
Quasi. i. sicut. uti. tamquam. uelut. et ponit̄ q̈si
aliqn̄ ꝓ similitudine. aliqn̄ ꝓ ueritate. ꝓ similitu
dine. vn̄ paulus. q̈si tristes semꝑ autē gaudentes
Pro ueritate. ut in euangelio iohis. vidimus glo
riam eius q̈si unigeniti a patre. Aliquando nichil
differt utrū ꝓ similitudine an ꝓ ueritate ponat̄.
ut iob. q̈si impios ꝑcussit eos in loco uidencium.
Sed ibi. sicut impius inimicus meus et adúsarius
meus q̈si iniquus sic et q̈si ut uult ꝗꝗ ꝓ affirma
tione pocius ꝙ̈ pro similitudine dictum uidetur.
Quasso. a quatio tis si sum dr̄ quassus sa sum
et quassim adúbium. et quasso sas fre. et h' et h'
quassabilis et h' le. et h' et h' quassatilis et h' le. et
quassabundus da dum. i. facilis ad quassandū ul'
similis quassanti. et quassito tas fre. Et cōponit̄
quasso cū con. et dr̄ conquasso sas simul quassare
Quatenus in quatinus est.
Quater adúbium numeri a quatuor deriuat̄ et
scribit̄ ꝑ vnū t et breuiat̄ Orac̄ in ꝑma epp. Me
quater undenos scias impleuisse decembris. ꝫ q̈tu
or ꝭm pap̄ scribitur per duo tt
Quaterdenarius. a quater deriuatur quaterdena
rius ul' quatuordenarius ria riū. vnde iero. in ꝓlo
go math'. sic qꝫ quaternario numero triformiter
posito in posito. i. ter. ul' triplicato quaterdenario posito
serie genealogie. h' autē dicit. qꝛ in genealogia il
la tres quaterdene ponunt̄. vna patrū. alia regū
tercia simplicium. et sunt quadraginta due ꝑsone
ibi numerate. qꝛ ter xiiij uel tres quaterdene faci
Quaternarius. a quatinus dr̄ quater ¶ unt xlij
narius ria riū. et h' quatnarius rij ꝓ tali numero
Quaternatī adú. i. ꝑ quaternos dr̄ a quaternus
Quaternio onis. a quatuor dicit̄. i. qui quatuor
milites habet sub se. Vnde in actibus apostoloꝝ
dicitur xij c. Tradens eū quatuor quaternionibus
militum custodiendū. quidam ꝓferunt quaternio
Quaternus. a quatuor de ¶ ꝓ quaterno ꝫ falso
riuat̄ quaternus na nū. et h' quaternus ni. ubi q̈
tuor carte scilicet octo folia sunt. vn̄ h' q̈ternulus
li dimi. a quaterno nas. i. quaternos facere uel q̈
ternuꝫ ul' quaternis distinguere uel ordinare. et
cōponitur conquaterno nas. simul quaternos con
iungere. Disquaterno nas. i. quaternos ul' ꝑ qua
ternos distinguē ul' disligare seu disiūgere. regula
Et ē
terno nas iteꝝ quaternare ul' disquaternare.
neutrū cū omnibus suis cōpositis.
Quatinus ꝓut coniunctio causalis ꝑ i scribitur
et deriuat̄ a qua. potest eciam esse coniunctio ad

iunctiua.ß quatenus p e sunt due ptes.et ac̄ te.
vnde in grec̄ dicitur.Dcō q̄tinus est.oracō quate
nus esto Dcō sub media breuis est oracō longa
Si fiat ꝓsa breuiat tamen utraqꝫ metꝫ.d̄ h̄ dixi
in ij pte ubi egi de accentu adūbioꝝ in c de cōpo
sitis a tenus.Et nota q̄ ut.q̄.q̄tinus.coniunctio
nes ad inuicem in h̄ dr̄n̄t.q2 ut causam remocio
rem ß q̄tinus recipit causam ꝓpinquiorem.q̄ uero
ptinet ad utrūqꝫ.vnde incongrue d2 uolo qua
tinus legas.sed bene dicitur uolo ut legas.q2 uo
luntas longissima est et nimiū infinita.post qua
tinus ergo ul' q̄ recte sequitur h̄ coniunctio.ut h̄
modo.Rogo uos ut quatinus michi uestꝝ auxili
um impendatis.vel postulo q̄ michi dignemini
ꝓuidere ut possim in studio cōmorari.ß nō adeo
bene dicit̄.rogo uos ut michi bn̄faciatis q̄ ul' q̄
tinus possim in studio pmanere

Quatio tis q̄ssi q̄ssum quatē cōmouere concutē
pterrere pcutere uexare.Et cōponitur concutio is
circūcutio tis.discutio tis.decutio.excutio.incutio
pcutio.recutio.succutio.subtus uel sursum quate
re.Sed possunt omnia predicta uideri cōposita a
cutio tis.sicut dixi supra in cutio tis.Et est actiū
quatio cū omnibus suis cōpositis.et facit pteritū
in si et supinū in sum.et scribitur p t qd̄ dignos
ci potest ad secundam psonam q̄tis.ß t accipit so
nū de c in q̄tio.et cor̄ qua.vnde sedulius.ūtitur et
trepidam quatiunt uada falsa dranam.

Quatriduanus in quatriduum est

Quatriduū.a quater ul' quatuor et dies cōponi
tur h̄ quatriduū.Inde quatriduanus na um hn̄s

Quatuor est omnis ge.et inde ¶ quatuor dies
clinabile.et tantū pluralis numeri.et ut dicit pap̄
duobus t scribitur.et ideo qua ꝓducitur

Quatuordecim omnis ge numeri pluralis et in
declinabile.et componitur a quatuor et decem

Quatuordenarius in quatuordenus est

Quatuordenus.a quatuordecim dicit̄ quatuorde
nus na nū.et quatuordenarius ria riū.et h̄ quatu
ordenarius rij.et quatuordecimus ma ū.ul' quar
tus decimus ma mū.et quatuordecies adūbium

Quaxū ul' quasquū d2 sonus ra ¶ et ꝓducit de
naꝝ.vnde quaxare ul' quasquare dicunt̄ rane cū
uocem emittunt ſm hug.et pap̄ dicit quaxat ꝓ
rana dicitur sicut ꝓ coruo crocitat

Que coniunctio copulatiua p e solū scribit̄ qn̄
autē est nomen scribitur p ae diptongon quae
et in singulari feminino et in plurali neutro.et ē
interrogatiuum relatiuum infinitum

Quendam.p n scribitur q2 m in n mutatur.et
deriuatur a qui.et declinatur quidam quedaꝫ qd̄
dam ul' quiddam.Et ut dicit ūgil'.Cum dicimus
quendam certū aliquem uolumus intelligere si n̄
expmimus nomen quo dinoscit̄.ut illud in mtī
Ite in ciuitatem ad quendam.si enim dixisset ad
quemcumqꝫ ul' ad quemlibet .nonesset certus hō
sciebat enim quippe dn̄s ad quem mitteret.

Quencꝫ eundem eandem uerūtamen scribunt̄
p n mutat̄ enim m in n.et ita de similibus dicas

Queo quis quit quiui ul' quij quitum quire.i.
posse.Et cōponitur cū non.et d2 nequeo nequiui
nequitū nequire.i.non posse.Queo neutꝝ est cū
omnibus suis cōpositis.et cor̄ qui in supino ut q̄
tum nequituꝫ.et scribitur quit et nequit p t non
p d.q2 format̄ tercia psona a secunda scilicet in
t mutata.ut queo quis quit nequeo nequis neq̄t

vnde generaliter nullū desinit in d in t̄cia psona

Quercetū ti.a quercus d2 h̄ quercetū ti.locus u
bi quercus crescunt et abundant.et querceus cea
ceum.qd̄ de quercu totū est.et ꝓd̄ pnl' quercetū

Quercus.a quero ris deriuat̄ hic quercus huius
quercus.q2 in eis olim querebant̄ mīsa uel glan
des ad pastū hominis.et desinit ablatiūs in ubus

Querelosus.a queror.d2 h̄ querela le.et inde q̄
relosus losa losum.et querelor laris.i.lamentari.

Querens querentis pticipiū de quero ris diptron
gatur et mutat ae in J longam in cōposicōne.ut
conquirens inquirens pquirens.ß querens pticipi
um de queror quereris cor̄ pmam.et retinet e in
cōposicōne.ut conquerens.sicut et suuꝫ ūbuꝫ que
ror querens conqueror ris.vn̄ dicit pap̄ querens
pticipiuꝫ a quero ris.et a queror quereris conque
ror reris.vnde dicit pap̄ querens pticipiuꝫ a que
ro ris et a queror reris.ß in tempore est differen

Querimonia.a queror ris d2 h̄ querimonia ¶ cia
nie.i.lamentacō et querimoniosus sa sum.et que
rimonior querimoniaris.i.lamentari

Quernus.a quercus deriuatur quernus na num
ad quercū ptinens ul' de quercu existens

Querito queritas in queso uide.

Quero ris siui situꝫ inuestigare uel petere ul' in
terrogare.Et cōponitur adquiro ris.conquiro ris
disquiro ris.diūsis modis querere et inuestigare.
exquiro ris.inq̄ro ris.Querimus nota.inquirimus
de quo dubitamus.Perq̄ro ris.requiro ris iteꝝ q̄
rere uel inuestigare.Quero et eius cōposita sunt
actiua et faciunt preteritū in siui et sup̄ in situm
ad modū quarte coniug.Iteꝫ quero habet pmaꝫ
ꝓd̄ et diptongatam.ß in compositis mutatur illa
diptongus ae in J ꝓd̄.ut conquiro exquiro inq̄
ro.In pticipijs eciam in ens mutatur ae in J.ut
quirens inquirens conq̄rens.Sꝫ queror deponens
retinet e.ut queror conquerens.sicut dixi in que
rens.vide ūsus in queror quereris

Queror.a quaero ris fit queror reris questussūꝫ
queri.i.lamentari.Qui enim conqueritur aliquid
querit ut fiat.scilicet uindcā uel aliud.vnde ques
tor questrix questio quesito questus.Vide ergo
q2 ista sincopata dn̄dūt a q̄ro.ß integra dn̄dūt a
q̄ror ris.Queror cōponit̄ cū con et d2 conq̄ror ris
Et ē queror cū suis cōpositis depo.et cor̄ q̄.et retꝫ
e in cōposicōne.ut queror reris.conqueror reris.ß
quaero eris ꝓd̄ pmam diptongo.vn̄ ūsus.Qua
eritur argentuꝫ queritur pcussus ab hoste.Absit,
ob illa queri que constant turpia queri

Querquera re.i.febris acuta.et d2 a queror reris
q2 faciat hominem conqueri

Querulosus in querulus vide.

Querulus.a queror reris deriuatur querulus la.
lum pnl' cor̄.i.garrulus la lum ul' frequenter que
relas faciens.vnde querulosus sa ū q̄rela plenus

Quesito quesitas in queso exponitur

Quesitor.a quero queris deriuatur hic quesitor
oris.et h̄ quesitrix tricis et quesicō questus quesi
tus.ß sincopantur ōnia ista.et d2 h̄ questor toris
idem qd̄ quesitor.similiter p sincopaꝫ h̄ questrix
tricis idem qd̄ quesitrix ul' uxor questoris et quesi
tus similiter sincopat̄.et d2 questus us Item quesi
cō sincopatur.et d2 h̄ quesicō onis ß inde.q2 ista
sincopata descendunt a quero ris.ß integra descen
dunt a queror quereris.

Queso.a quero ris d2 queso sis desideratiuuꝫ.i.

cū de fideio querē. rogare. obsecrare. et declinabaᵗ
olim integre et regulariter. et faciebat preteritum
quesi uł quesiui et supinū quesitū pnł ꝓd. ꝫ mō
est defectiuū. qꝛ non utimur nisi duabus eius uo
cibus pn̄tis tpis. scilicet queso et quesumus. et est
anormalū qꝛ ꝯm terciaꝫ coniugacōnem in pn̄ti in
dicatiui modi debꝫ habere in pma psona plurali
I ante mus ut legimus. ꝫ modo ꝓ I habet u. et
dicimus quesumus more antiquo et nō quesimus
et ab eius secunda psona ꝯ qꝛ olim declinabaᵗ q̄so
sis extracta s et addita to fit quesito tas pnł coꝛ.
Et est ūbum fre. Item queso deberet facere fre q̄
sito tas ab ultimo supino quesitu pnł ꝓd. Sꝫ qꝛ
q̄tum ad uocem non esset differencia inter ip̄m
et quesito tas qd̄ fit a queso licet esset in tempe
differencia. Ideo causa differencie ad id facit fre.
a quero ris secunda psona abstracta s et addita
to. ut quero ris querito tas pnł coꝛ. Et ꝓd pmā
quero. vnde ouid̄ de ponto. Da ueniam queso ni
Questio. a quero ris de ‖ mio qꝫ ignosce timori
riuatur h̄ questio onis et sincopatur. et dꝛ h̄ q̄stio
onis inquisicō. causa uł disceptacō. vnde h̄ questi
uncula le dimi. et questionarius a ū. qd̄ ad ques
tionem pertꝫ. et questionarius qui questioneꝫ fa
cit. et questionor aris. inquirē questionem facere
Questionarius in questio uide
Questiuncula questiuncule dimi pua questio.
Questor. a quero ris dꝛ h̄ quesitor toris. ꝫ sinco
patur et dꝛ questor toris idem qd̄ quesitor scilicet
qui in loco iudicis exquirit de causis. uel questor
qui questionibus p̄est. Et questor dicebatur olim
qui querebat et ꝓcurabat tributa populi romani
vnde h̄ questura re eius dignitas. Et questorius
ria riū. qd̄ ad questioneꝫ ptinet. Similiter per sin
copam dꝛ questrix idem qd̄ quesitrix uł uxor q̄s
toris ꝯm hug. Item questor aliq̄n dꝛ mercionari
us qui p̄dicat ꝓpter sumptus. Et ideo nota h̄ qꝛ
dn̄s in euang iohis distinguit tria genera psonaꝝ
scilicet pastores qui sunt amplectendi et diligendi
Mercenarios qui sunt tolerandi. fures qui sunt ca
uendi. vnde dicit glo aug sup illud ad phił c ij.
Omnes enim que sua sunt querunt non que ihe
su xp̄i. Hij inquit sunt mercenarij qui sunt tole
randi qꝛ eadem habent in ore que et pastores qui
utique sunt diligendi. fures uero et latrones qui
occidunt sunt cauendi et bene dicit qꝛ mercenarij
sunt tolerandi. qꝛ habent in ore eadeꝫ que et pas
tores. i. ueritatem predicant sicut et pastores licet
ꝓpter questum. Nam si falsitatem p̄dicarent iam
caderent a rōne mercenarij et acquirerent officiū
latronum et hereticoꝝ et tunc essent cauendi. vn̄
questores qui abusiones et falsitates p̄dicant nō
sunt tollerandi ymmo tamq̄ animaꝝ fures et re
rum cauendi. vide eciam in precor
Questrix questricis in quesitor est.
Questuarius. a questus deriuatur questuarius
ria riū qui questu uiuit sicut mercator. vnde ques
tuarie dicuntur meretrices qꝛ questu corporis ui
Questuosus in questus est. ‖ uunt
Questus. a quero dꝛ quesitus ta tū. et sincopaᵗ
et dꝛ hic questus tus tuj. i. acquisicō alicuius rei
vnde questuosus sa sum. i. questibus plenus uel
lucrosus. Item questus ta tū mobiliter est pticipi
Quesumus. habet u. ‖ um de queror quereris.
sicut uolumus more antiquo et non est in usu ni
si queso et quesumus. vide in queso.

Quia et qm̄ in eodem sensu ꝫ qm̄ ꝓpe ꝓponitur
et sic sequentem sensum allegat ut qm̄ discis dis
co. qꝛ ꝓpe postponitur et superioreꝫ sensum con
firmat. ut scio qꝛ didici. et qꝛ sillabicatur qꝛ nam
. i. qꝛ uł cur. v̄gił. Heu qꝛ nam tanti tinxerunt e
Quidq̄ ex quid et q̄ cōponitur ‖ thera mundi
Quicūqꝫ cōponitur ‖ et mutatur ꝯm p̄s d in c
ex qui et cū et qꝫ ab h̄ relatiuo qui trahit uim re
lacōnis. qꝛ requirit duo ūba sicut h̄ relm̄ qui a p̄
posicōne habet ut sit collectiuum. a coniunctione
ut sit distributiuū. de h̄ dixi eciaꝫ in tercia pte in
c de figura cōposita et in quisquis
Quiddam aliquid modicū neutꝝ est. quidaꝫ ue
ro p vnum d masculinum
Quidem coniunctio affirmatiua coꝛ pmam fac
tus. Mente quideꝫ leta decoratur florida uita. Et
inde siquideꝫ cōponitur equideꝫ autē simplex est
Quidni due ptes ꝓ vno affirmatiuo aduibio. i.
Quieo quies quieui uł quietus sum ‖ certe uero
. i. esse uł fieri quietū. Et cōponitur cū ad et dici
tur adquieo es eui etū. i. assentire. vnd̄ adquietus
ta tū. Item cōponiᵗ conquieo es requieo es. vnd̄
requietus ta tū. et cōponitur irrequietus ta tū. et
tam a quieo q̄ ab eius cōpositis descendunt qui
esco adquiesco conquiesco requiesco que habent
uocem inchoatiuoꝝ. Quieo et eius cōposita neutᵃ
sunt et absoluta. ꝫ non sunt in usu in pn̄ti ꝫ in p̄
terito. vide de h̄ eciam in tercia pte in tractatu d
uerbis in c de uerbo inchoatiuo
Quies. a quieo quies dꝛ h̄ quies q̄etis. et quies
quiei in eodeꝫ sensu. et cōponitur requies requiei
et requietis in eodem sensu ꝫ distigue simplex in
usu est ꝯm terciaꝫ declinacōneꝫ et nō ꝯm quintaꝫ
ꝫ cōpositū ꝯm quintam declinacōnem est in usu
et non ꝯm terciam. Item a quieo quies q̄etis om
nis ge. i. quietus. Et componitur inquies etis ge
omnis. i. sine quiete. Et scias qꝛ licet quies et inq̄
es habeant e coꝛ in nt̄o. tamen eaꝫ ꝓd in obliq̄s
et potest quies ūbuꝫ secunde psone esse et nomen
Quietus. a quieo quies deriuaᵗ quietus ta tuꝫ
pticipiū. qui quieuit. et quietus ta tū nomen. i. q̄
ete plenus. Et cōpatur quiecior simus. vnde quie
te tius me adūbium. et quieto tas. quietū facere
et ponitur qn̄qꝫ ꝓ absoluere a debito uł reddere
debitū. quidam tamen in hac significacōne subt
hunt e et dicunt quito quitas qd̄ magis uulgare
est q̄ꝫ regulare. Quietus cōponitur cū in et dꝛ in
quietus ta tū qui quietem non habet ꝫ qui mo
lestat uł molestatur. vnde inquieto tas molestaē
inquietū facere. Et sunt actiua quieto et inquieto
et ꝓducit penultimam quietus et quieto
Quinpocius. i. magis ꝯm pap
Quin. i. ut non uł ut coniunctio adiunctiua q̄n
id est ergo coniunctō est collectiua q̄n. i. pocius.
adūbium eligendi. Quin. i. cur non uł cur adūbiū
interrogandi. Qn̄. i. certe adūbiuꝫ affirmandi. q̄n
. i. insuper adūbiū ordinis est. Et cōponitur quin
eciam. i. insup adūbium ordinis ꝯm hug. Item in
uenitur qn̄ymo. i. pocius uł certe adūbium affir
mandi uł eligendi. uel possunt esse due ptes. Et
scias qꝛ in luce euangelio ubi dꝛ quinymo beati
qui audiunt ūbuꝫ dei et custodiunt illud. Ita dis
tinguendū esse uidetur q̄nymo beati et deinde qui
audiunt ūbum dei. et ꝓd pnł q̄nymo qꝛ ymo hꝫ
primam longam ut dixi in ymo
Quinarius. a q̄nqꝫ dꝛ h̄ q̄narius ria riū. et h̄ q̄

Quincuns. a quinq̄ uel unus uel uncia ¶ narius rij cōponitur h quincuns uncis. i. quinq̄ uncie. et formatur gtūs a nominatiuo remota s addita cis.

Quindecim numeri pluralis ge omnis et indeclinabile. et cōponitur a quinq̄ et decem.

Quindenus. a quindecim dr̄ quindenus a ū pnl' pd. et q̄ntusdecimus a um. et q̄ndecies aduerbium

Quineciam. a q̄n et eciam cōponitur quineciam. i. insuper aduerbium ordinis

Quingenti te ta. a quinq̄ et centū et mutatur c ¶ in g. vide in q̄dringenti

Quinio onis dr̄ a q̄n que sicut h quaternio onis a quatuor. vn̄ et in ꝓlogo sophonie dicit iero. h' si uerū est sophonias ꝓpheta q̄nione ut ita dicam ꝓphico. et glosa maiorum suorum stirpe generatus est. h' dicit iero. q2 sophonias q̄ntus numeratur in generacōne sua. h' q2 quinio non est in frequenti usu. ideo dicit iero. ut ita dicam

Quinq̄genarius a ū. a quinq̄genus dr̄ ¶

Quinq̄genus. a quinq̄ginta dr̄ quinq̄genus a ū pnl' pd. et dicunt̄ q̄nquageni qui in capite sunt quinq̄ginta militum

Quinq̄gesima dr̄ a quin ¶ quaginta. et durat a dominica qua cantatur esto michi in deū ꝓtectorem. et terminat̄ ipso die pasce Instituta est autem ꝓpter supplecōnem. Clerici enim videntes q̄ sicut p̄cedebant populū ordine. ita p̄cedere debent sanctitate. ꝑ duos iterū dies ante illos q̄tuor abstinere et ieiunare incipiunt. et sic una septimana addita est quadragesime que et q̄nquagesima nominat̄. et h ordinauit thelophius. papa ut dr̄. Signat autem q̄nquagesima tempus remissionis. i. penitencie in qua omnia remittuntur. q̄nquagesimus enim annus erat iubileus qui erat annus remissionis. q2 tunc debita dimittebantur. serui liberabant̄. et omnes ad suas possessiones reuertebantur. ꝑ qd̄ significat̄ q̄ ꝑ penitenciam dimittunt̄ peccatorum debita. liberant̄ omnes a seruitute demonū. et reuertunt̄ ad possessiones suas celestium mansionum. vide in pentecoste

Quinq̄gesies aduerbium numeri. i. quinquaginta uicibus. a quinquagesima dicitur.

Quinquangulus q̄nq̄ angulos habens ꝯm pap

Quinq̄tres quinq̄ cōponit̄ cū ater tra trum. Et dr̄ h q̄nquatres triū uel triorum. quoddam festum sic dictum a quinq̄ atris quinq̄ enim dies atros. i. aduersos habebant romani ab hanibale et gallis obsessi. quibus diebus nemo fuit ausus exire. sed postea liberati ad illorum dierum memoriam fecerunt illud festum. vn̄ orac̄ epp. Ac pocius puer ut festis quinq̄tribus olim. Alij dicunt q̄ quinq̄tria dicuntur a q̄nq̄ et tribus q2 q̄nquies fierent in tribus annis. uel q̄ ter in quinq̄ annis. Et durabat tale festum per quinq̄ dies. et ꝓducit qua.

Quinq̄triū. atriū cōponitur cū quinq̄ et dr̄ hoc quinquatriū trij uel q̄nquestriū trij. i. quinq̄ porticuū ambitus uel spaciū ubi sunt quinq̄ porticus

Quinq̄ nomen indeclinabile ge omnis numeri pluralis. vnde quinquies aduerbium. et quintus ta

Quinquefoliū. a quinque ¶ tū. et quinus na nū et foliū cōponitur h quinquefoliū lij herba quedam quam greci uocant pentafilon a numero foliorum penta est quinq̄ filon folium dicitur

Quinquennalis in quinquennis est

Quinquēnis. q̄nq̄ cōponit̄ cū annus et dr̄ h et h quinquennis et h ne. q̄nq̄ annorum. vnd̄ h quinquennium nij spacium q̄nq̄ annorum et h et h quinquennal' et h le machab' li ij c iiij. Cū autē quinquennalis a gontiro celebraretur. et ꝓd na. vnde h q̄nquennalitas. quinquenniū uel q̄nquennis tēporis etas. Et nota q̄ q̄nquenna tēporis est. sed q̄nquenne etatis. Item q̄nquennalem dicimus agnum. sed quinquennem puerum

Quinquennium in quinquennis est

Quinquessis. a quinq̄ et assis cōponitur h quinquessis huius sis. i. quinq̄ oboli uel p̄cium quinq̄ obolorum. vide in as assis.

Quinquestrium in quinquatrium exponitur

Quinquimatus. a quinquimus ma mū dr̄ h q̄nquimatus tus tui. i. spacium quinq̄ annorum.

Quinquimulus la lū dimi vide in q̄nquimus

Quinquimus. quinq̄ cōponitur cum annus. et dr̄ quinquimus ma mū. i. q̄nq̄ annorum q̄si q̄nquies annus. sicut enim dicimus bimus duorum annorum. trinus trium annorum. q̄drinus q̄tuor annorum. sic dicimus quinquimus. i. quinq̄ annorum. vnde quinqui ¶ mulus la lum dimi

Quinquinoctiū. a quinq̄ et noctium cōponitur h quinquinoctiū tij spaciū quinq̄ noctiū. Antiqui enim h' noctiū dixerunt a quo potest cōponi. uel ab h genitō plurali noctiū

Quinquiuir. a quinq̄ et uir cōponitur h quinq̄uir huius ri. q̄ habet quinq̄ uiros sub se. Et hinc quinq̄uiratus tus tui. eius dignitas. et h quinq̄uira re. uxor quinq̄uiri. uel q̄nquiuira pnl' cor̄ dicit̄ qui habet q̄nq̄ uiros sub se.

Quinq̄uira uire in quinquiuir est.

Quinquiuiratus in quinquiuir vide

Quintanus. a quinq̄ uel quintus dicitur quintanus na nū. i. q̄ntus uel q̄nto die contingens uel affligens. vnde quintana ne dr̄ febris q̄ q̄nta die affligit. et h quintina uel q̄ntana dr̄ quinta pars platee qua carpentum ꝓgredi potest. Quintine eciam dicuntur flores malorum punicorum. et est grecum

Quintilis. a quinq̄ uel q̄ntus dr̄ q̄ntilis lis quidam mensis scilicet iulius q̄si quintus a marcio. et desinit abltūs in i et sicut abltūs de sextilis. vnd̄ h et hec quitilis et h le. et ꝓd ti cū deriuetur a nomine. Et nota q̄ iulius et augustus olim dicebantur quintilis et sextil' a nūo quo distabant a p̄ncipio anni. i. a marcio Antiqui enim annū incipiebant a marcio usq̄ ad tempus nume pompilij q̄ addidit ianuarium et februarium. et apposuit illos in p̄ncipio anni. s3 distinxit illos menses ꝯm lunacōnes sicut et om̄s alij erant distincti Et ita annus remansit incorrectus usq̄ ad tempus Julij cesaris. qui cū moraretur in egipto cū cleopatra annū correxit et distinxit ꝑ cursum solis ad idem punctū in fine anni redeuntis. ꝯm ergo consuetudinem antiquorum qui annū incipiebant a marcio omnes menses dicti sunt a nūo quo distabant a p̄ncipio anni. i. a marcio. post iunium. ut q̄ntilis q̄ntus a marcio. Sed postea ad honorem iulij cesaris. qui in illo mense natus ē uel aliq̄ victoriam obtinuit. dictus ē iulius Sextilis uō dictus est q̄si sextus a p̄ncipio anni. i. a marcio Sed postea ad honorem augusti. qui in illo mense natus ē uel aliquam obtinuit victoriam dictus est augustus. Nomina uō sequencium mensium composita sunt a nūo quo distabant a p̄ncipio antiqui anni. i. a marcio Et ab h nomine imber. ut septemb' a septem et imber. Octob' ab octo et imber. quasi octauus ab ymbre id est marcio. In quo ymbres et pluuie abundabant. Et sic de alijs.

Quintina ne. In quintanus exponitur

Quintusdecimus. In quindenus est
Quinus in quinque uide
Quipaꝝ ri ge neu. genus est herbe a grecis dic
tū q̄ hꝫ ūtutem feruentē. et ut dicunt spēs quedā
quipari dr̄ zinciber. et uidetur cōponi ab equo et
pir qd̓ est ignis. q̄ dr̄ equari igni ꝓpter calorem
Quippe. nimiꝝ sine dubio. certe. confirmatiū adū
bium. sicut scilꝫ uidelicet. et ꝓd̓ ꝑmam posicōne
Quirina in quiris est
Quiris lingua sabinoꝝ dr̄ hasta. vnde hec quirina
ne. i. hasta. et hic quirinus ni. dictus est romulus q̄
semꝑ hastatus incedebat. vel q̄ hasta eius post
mortem in auentino monte fixa dr̄ floruisse. vnd̓
hic quiris q̄ritis. dictus est quilibet ciuis romanus
q̄ romani a romulo. Vel romani eciam ideo dic
ti sunt quirites quasi hastati et fortes. vnde q̄n̄q̄
generaliter quirites dicuntur milites qui hastas se
cum deferunt. et ꝓd̓ quiris quiritis pnl̓ geniū. et
circūflectit ultimam quiris in n̄tō sicut olim integ̃
fiebat q̄ declinabatur hic quiris huius quiritis. et
desinit quiris in is ꝓductam.
Quirito. a quiris tis dr̄ q̄rito tas. i. romanizare
ul̓ more quiritū se habere. ul̓ ad modū quiritū e
quitare. vl̓ quiritare est ꝑplm̄ alloqui. et ꝓd̓ ri
Quis ul̓ qui hꝫ xvj intercompōcōnes et sillabi
cas adiectiones. Composicōnes enim sunt vij siq̄s
nequis. aliquis. numquis. ecquis. unusquisq̄. et
quisquis. Quis autem habet v adiectiones. q̄snaꝫ
quispiam. quisputas. quisquam. quisq̄. Sꝫ qui re
cipit quatuor adiectiones. scilicet quidaꝫ. quiuis.
quilibet et q̄cumq̄. de ꝑdictis dixi sup̈ in iij pte
ubi egi de figura cōposita nominis in c de sillabi
Quispiam deriuatur a quis Cis adiectionibus
et est figure simplicis. et importat puram infinita
tem sicut aliquis diūsam. q̄ piare est facere puꝝ
vnde quispiam homo currit. i. pure vnus. Et sic
quandam discrecōnem facit circa infinitatem. reci
pit autēꝫ hec femininū piam in accusatiuo casu. q̄
femina de facili immutatur. et cū hoc nomen piam
uideatur pati et extra suam naturam poni. recte
sumitur ꝑ accusatiuū qui rem denotat pacienteꝫ
pap̄ dicit quidpiam aliud modicum.
Quisputas speciei deriuatiue a quis et est ibi pu
tas sillabica adiectio. et est accentus p̄ncipalis su
per quis. vnde in luca. Quisputas puer iste erit. et
in matheo. Quisputas maior est in regno celoꝝ.
debet acuj q̄s. et sequentes due sillabe debent gra
uari. q̄ sup̱ sillabica adiectione nō est ponendus
p̄ncipalis accentus. Et scias q̄ quisputas ideo re
cipit hoc ūbum putas in secunda ꝑsona. q̄ omnis
interrogacō mouet et ꝑcipue illū ad quem sermo
dirigitur. et sic talis adiectio causa cuiusdam exci
tacōnis inuenta fuit. omnis autēꝫ excitacō fit ad
substanciam et non ad accidens. et ideo cū alijs in
Quisquilie. liaꝝ. cōponit̄ Finitis non iungitur
a quid et cado. Et sunt quisquilie stipule immix
te surculis ac folijs aridis. scilicet quedam palee
minutissime quas uocant ualuppas. Dicunt̄ eciaꝫ
quisquilie q̄si quidq̄d talie. i. quidq̄d supfluitatis
ex arbore ul̓ aliqua materia cadit. ut purgamen
ta frumenti et terraꝝ et modici surculi et stercora
et similia. vnde q̄squiliosus sa sum plenus q̄squi
lijs. et sic ꝓm hug̓. a quid neutro et cado cōponi
tur quisquilie. ul̓ ut quidam uolunt dicunt̄ quis
quilie a quis et curo ras. q̄si cuj cure sunt ille uel
quis curat de illis. potest ergo dici quisquilias. i.
quis curat illas ꝓpter sui uilitateꝫ. et cor̓ I ut pa
Quisquis cōponitur ex quis et Ctet in ꝑpsima
quis. et ꝓm usum declinat̄ quisquis quidq̄d et q̄
quo. posset eciaꝫ ꝓm racōnem in alijs casibus ge
minari nisi ubi infinitū a relatō secernit̄. ut dixi
in iij pte ubi egi de figura cōposita nominis in c
de sillabicis adiectionibus. Et scias q̄ dictio gemi
nata ul̓ recipiens casum habet vim duoꝝ casuū.
scilꝫ an̄cedentis et relatiui. vnd̓ requirit duo ūba
poni in constructione et ponenda sunt in eo casu
in quo ponit̄ relatiuū facta explicacōne siue po
ni debet in eo casu quem requirit ūbum sequens
immediate. ut uideo quicūq̄ homo currit. i. uide
o omnem hominēꝫ qui currit. et quemcūq̄ homi
nēꝫ uideo currit. i. omnis homo currit queꝫ uideo
Similiter uideo quidquid est hic intus. et quidq̄d
uideo est hic intus. i. omne illud est hic intus qd̓ ui
deo. vl̓ uideo q̄squis homo est albus. i. uideo ō
nem hominem qui est albus et scribitur quidquid
ꝑ d non ꝑ c. q̄ d non mutatur ibi licet d mutet̄
sequente q in hac dcōne quicq̄
Quito quitas in quietus vide
Quocirca. circa ꝑ cōposicōnem ul̓ pocius per q̄
dam irregularitateꝫ iungitur cū istis quocirca ꝑ
coniunccōne cāli ul̓ illatiua circūcirca et circumq̄q̄
Quodammodo due ꝑtes sunt. vnde duobus ac
centibus regende. quidam tamen grauant mo. et
tunc dicimus q̄ n̄ est ibi cōposicō. ꝫ pocius irregu
laris uocū congeries fungens loco vnius dcōnis.
Quominus due dictiones sunt vide in secunda
ꝑte ubi agitur de accentu adūbioꝝ in c de cōposi
Quomodo due dcōnes sunt in e Ctis a minus.
uangelio luce. ut quomodo fiet istud. Aliquando
quomodo uidetur esse cōposita dcō. ꝫ pocius est
ibi quedam irregularis uocū congeries que ponit̄
tur loco vnius dcōnis ut quō. i. q̄liter. et tunc ac
centuat̄ ac si esset vna dcō. et acuitur quo et mo
grauatur. vide in secunda ꝑte in c de compositis
Quondam adūbium temporis per q Ca modo
scribitur quia deriuatur a quando
Quoniam coniunctio causalis ul̓ subcontinuati
ua causalis. qm̄ ꝓdest tibi lege. subcontinuatiua.
qm̄ ambulat mouet̄. sic & q̄ ul̓ ergo vna ps ꝓm
pap̄. et differt qm̄ a quia sicut habes in quia.
Quonianq̄dem. i. q̄ uel ergo. una ps cōposita.
a qm̄ et quidem. et tunc grauatur qui. et acuitur
an. Possunt eciam esse due ꝑtes. et tunc duobus
accentibus reguntur. et acuitur qui. et scribit̄ tūc
qm̄ ꝑ m. et tunc qm̄ quideꝫ idē ē qd̓ q̄ certe. et sic
sumitur in ꝑma ad cor̓ xvj c qm̄ quidem per ho
Quorsum. i. ūsus quam ꝑtem Cminem mors.
Et cōponitur a quo et ūsum. et sillabicatur quor
sum. et dr̄ q̄rsumcūq̄. i. ūsus q̄cumq̄ ꝑtē ꝓ hug̓.
Quotennis. a quot et annus cōponitur hic et hec
quotennis et hoc ne. et quotennus tenna tennum. i.
quot annoꝝ. et habet querere de numero annoꝝ.
ad qd̓ responderi debent huiusmodi nomina decē
nis triennis. ul̓ iste genitūs annoꝝ cū nomine nu
merali. ut q̄tennis es tu. biennis. triennis. bimus
trimus. trium uel quatuor annoꝝ.
Quotidianus in quotidie est.
Quotidie. quot cōponit̄ cū dies et dr̄ q̄tidie ad
ūbium tēꝑis qd̓ uiciose scribitur ꝑ c ut uult hug̓
ꝑ sam ꝑ q scribi debet. hoc eciam uult pap̄. et a quo
tidie dr̄ quotidianus na nū. sicut a meridie meri
dianus sicut dicit ps in secundo maioris. vnde q̄

ridianū debet scribi in pater noster per q.

Quociens adūbium numeri. frequenter. multociens. quociens. quot uicibus. respondet semel bis ter. et similia. et deriuatur a quotus. et sillabicat.

Quotus ab hoc ablatiuo quo deriuatur quot omnis ge indeclina. et tm̄ pluralis numeri. et est interrogatiuū infinitū relatiuū. vn̄ quotus ta tū numerale et ordinale. ut quotus es in banco. pmus secundus. quotus es in ordine. q̄r tus. qn̄tus. i. acholitus. subdiaconus. et hinc quociens adūbium. et cor. pmam quotus. vn̄ aliquotus corripit quo. vide eciam in aliquotus.

¶ quociensciumqꝫ

Quousqꝫ. i. quamdiu. adūbiū tēpis. quousqꝫ. i. usqꝫ ad quem locū adūbium loci. vnd ūsus. Tempus siue locū dic significare quousqꝫ.

Quur adūbium interrogandi potest deriuari a qui et sic scribitur p q et geminū u. ul' potest deriuari a cuius gtō de quis. et debet scribi p c et unū u. et ita cōmuniter scribitur sm̄ modernos

R sine aspiracōne ponitur in latinis dcōnibus. In grecis uero ul' pncipalis. i. in principio ul' geminata in medio dcōne aspiratur. ut rethor rhodus pirrhus. sic dicit ps

Raab interptat' latitudo ul' fames ul' impetus et acuitur in fine

Rabbi acuit' in fine et interptatur magister siue docens me. aut magister meus. raboni idem. et acuitur in fine.

Rabboni in rabbi uide

Rabidulus in rabies est

Rabiecula rabiecule dimi. pua rabies

Rabidus rabida rabidum in rabies uide

Rabies. a ran qd̄ est ira dr hec rabies biei. vnde hec rabiecula le dimi. et rabiosus sa sum. et comparatur. vnde rabiose sius sime adūbium. et hec rabiositas tatis. Item a rabie rabulus la lum. et rabidus da dū pnl' cor. i. rabie plenus. rabiei datus. furore plenus. iratus. insanus. vnde rabidulus a ū di.

Rabsaces scribitur p b in interptacōnibus et cor penultimam. pprium nomen uiri est

Rabulus la lū in rabies est. et corripit penl'.

Racemifer. a racemus et fero fers cōponitur racemifer ra rū racemos ferens. et cor mi

Racemus. a ramus dr hic racemus mj. puus ramusculus cū uua scilicet ps botrionis. vn̄ racemor aris. sparsas uuas. ul' racemos colligere. et pd̄ ce

Racha. i. inanis et uacuus quez uulgata iniuria absqꝫ sensu ul' absqꝫ cerebro dicere possumus et est hebreū. et acuitur in fine. ul' qd̄ melius est. racha est interiectio affectū indignantis ondens sicut cū dolemus dicimus heu. et cū letamur vah. et similiter cū indignamur dicimus racha. vnd̄ gg mor xxj tractans illud math v c. omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. qui dixerit fratri suo racha reus erit concilio. q̄ dixerit fatue reus erit ihehenne ignis. sic dicit. Racha quippe in hebreo eloquio uox interiectionis est que quidez animū irascentis ostendit. Nec tamen plenū ūbuz iracundie expmit. pus ergo ira rephenditur sine uoce. postmodū ūo ira cū uoce. sed necdum pleno ūbo formata. Ad extremū ūo cū dr fatue ira redarguitur que cū uocis excessu expletur eciam pfectione smonis. Et notandū qꝫ in ira phibet reū esse in iudicō. In uoce ire qd̄ est racha reū concilio. In ūbo uocis qd̄ est fatue. reū ihehenne ignis. Per gradus etenim culpe creuit ordo sentencie. qr in iudicō adhuc causa discutitur. In concilio autem iā causa sentencie diffinitur. In ihehenna ūo ignis. ea que de concilio egreditur sentencia explet'. Beda ūo dicit. racha nec grecū est nec latinū. sed pprie hebraicū. Quidam autem ethimoloiaz huius nominis de gco trahere uoluerunt. putantes dici pannosum. gce enim pannos rachos dicitur. sed nos huius ūbi vim subtilius pspicientes nil aliud intelligimus esse racha nisi uocem inconditam. irati animi cōmocōnez sigficantem. quales sunt interiectiones ap gramaticos sic dr a dolente heu ab irascente he. a timēte acat et talia. Qui dixerit fatue reus erit ihehenne ignis ¶ Notandū in hoc loco qꝫ gradatim de minimis ad maiora concendit'. qm̄ p q̄litate peccati uindicta cōminatur. In pmo enim loco vnū solūmodo posuit. i. iram. In secūdo duo iram et uocem. in ira cōmocōnem animi signans In tercio tria iram et uocem et cotumeliaz. Sicut ergo magis peccatū est dicere fatue q̄ solūmodo irasci uel dicere racha. sic grauius est reū esse ihehenne ignis q̄ reū concilio et iudicō. In iudicō enim causa discutitur. et is qui reus putabatur nō nūquam innocens inuenitur. In concilio ūo si q̄s reus conuictus est qua pena puniat' ab alijs tractatur. et adhuc euadere solet. In ihehenna autez ignis nulla est liberacō. et ideo in retribucōne pene q̄titas peccati designatur. Ihehenne nomen in tota serie scripturaꝝ ueteris testamenti non repit' sed a saluatore pmū in euangelio positū cognoscit'. Compositū autez nomen est iehenna ex ie et henne que uallis gratuita interptat' fuit enim uallis filioꝝ hennon iuxta iherusalem. ubi pter scelus idolatrie multa iacuerunt cadauera mortuoꝝ. Et ideo ubicūqꝫ nomen iehenne ponitur. pena inferni designat'. vide in iehennon. Quare autē racha non sic interptatur habes in alleluia

Rachel interptatur ouis qꝫ p ea iacob pauit oues laban soceri sui. Item interptatur uisum pn cipiū. ul' munda. ul' uidens deū. et potest esse indeclinabile ul' declinari hic rachel elis. et pd̄ penul' genitiui. et signat vitam contemplatiuam

Radico cas. a radix dicis. dr radico cas caui. radices emittere ul' radicibus firmare. Et cōponitur abradico cas a radice euellere. et arradico cas ualde ul' ad aliquid radicare. diradico cas. diuellere. eradico cas euellere. destruere. vnde eradicans ge omnis Job xxxj. Omnia eradicans genimina. Radico p radices emittere neutꝝ est. In alia significacōne cū suis cōpositis actiuū est. et in utraqꝫ signi ficacōne pducit di

Radicosus sa sum. radicibꝫ plenus. et comparatur. et dicitur a radix

Radicula radicule diminutiuum parua radix

Radio. a rado dis ul' a radius dr radio as splendere. Et componit' irradio as. intus ul' ualde radiare. Preradio as. Obradio as. circumcirca uel contra splendere. Radio et eius cōposita neutra sunt et absoluta. licet qn̄qꝫ ponatur transitiue ul' p illuminare. ul' p illustrare. et cor ra. vnd̄ in thobia dr. Preradiat ples plis honore pater

Radiolus in radius est.

Radius. a rado dis dr hic radius dij. instrumentū texendi scilicz pecten ul' nauicula ul' ligniz qd̄ distinguit stamina. et dr sic. qr radendo fiat. vn̄ et ra

dius dr quoddam genus oliuarum ob longitudinem que longe sunt ad similitudinem radiorum. radius eciam dr uirga qua geometre figuras faciunt in supposito puluere. et radius dr splendor. ut radius solis et stellarum. et dr sic ꝓpter longitudinem. quia longe emittatur et dirigatur. et a radius h̄ radiolus li in qualibet sua significacōne. vnde h̄ radiola le p̄dictū genus oliuarum. et cor̄ ra. vnd quidam. Dicas textoris radium radium quoque solis

Radix. a radius dr h̄ radix cis. quia quasi quibusdam radijs fixa terre in ꝓfundum demergitur. ul a rado. quia si eradatur non repululat. vnde radicitus aduerbium. i. funditus usque ad radicem. et ꝓd radix

Rado dis rasi rasum ra ¶ penultimam genitiui dere. i. interse care. superficiem remouere. ul parum diminuendo applanare. vnde rasim aduerbium. Rado cōponitur abrado is. ꝓcul radendo iacere ul male radere. arrado is ualde ul iuxta ul usque ad ymum radere. corrado dis. i. simul radere. vnde h̄ corradiū dij. i. corrasio et corrasim. erado dis. extra radere. Rado dis est actiuū cū omnibus suis cōpositis. et omnia faciunt p̄teritū in si et sup̄ in sum. et ōnia ꝓducunt hanc sillabam ra. vnde in aurora dr. crimina mortis habens de libro raditur isto

Rafanū ni. pnl cor̄ qd nos radicem uocamus. quia totū deorsum mittitur cū reliqua olera magis

Raguel elis ꝓprium nomen ¶ in summa ꝓsiliant uiri de quo in aurora. Clausit opes hūit que ragu

Ralla. a rado dis dr h̄ ralla le uestis ¶ elis erant. tis que uulgo dr rasilis et h̄ rallum. i. rasorium

Rama interp̄tatur excelsa. et est indeclinabile. et acuit̄ in fine. est eciam uiculus secus bethlehem in quo sepultus fuit samuel. s; nunc translatus ē in traciam ſm pap̄. et potest declinari h̄ rama e et tunc non accentuatur in fine

Ramesses indeclinabile acuitur in fine. quedam ciuitas est de q̄ dr in pmo c exodi. Edificauerūt quoque urbes tabnaculorum pharaoni phiton et ramesses Item gen̄ xlvij. In optimo solo terre ramesses. d hac dr in aurora Ramesses ex se nomen misteria

Ramix. a ramus dr h̄ ramix micis. i. ¶ ꝓfert mentula ul uirga uirilis. Juuenalis. Jacet exiguus cū ramice ūmis. vnde ramicosus sa sum. qui magnam habet mentulam scilicet herniosus

Ramnus. a ramus dr ramnus ni. i. genus spinarum ut dicunt spina alba ul ramus eius ſm hug. pap̄ eciam dicit. rānus est spina alba uel lignum spinosum. Ramnus genus spinarum densissimū q̄ in herba est mollis et pulcra. ibi tamen sunt spine post ea. vn̄ in ps. priusquam intelligerent spine uestre ram

Ramus. a radix dicis dr h̄ ramus mi. ¶ num. quasi a radice means. vnde h̄ ramusculus li dimi ramus ꝓprie est quod a radice ul trunco manat sicut a ramusculo cetera. Et ramosus sa ramosum. i. dilatatus et ramis diffusus. et compatur. Itē a ramus h̄ et h̄ ramalis et h̄ le. et h̄ ramale lis. i. ramus et ꝓd ra. vnde quidam. Pampinus est foliū uitis ramusculus huius. Item ꝑsius. vt ramale uetus prugandi subere coctum.

Ran indeclinabile. i. ira ul locus ire. vnde eciam euenit quod efficitur rabiosus homo

Rana. a ran qd est ira dr h̄ rana ne quasi iracūda ul rane dicuntur quasi rance. ul rane quasi garrane a garrulitate. vnd h̄ ranetū ti. locus ubi rane abundant. Et ut dicit basilius in exameron. Mures et ranas ex terra generari uidemus

Ranceo. a rancidus deriuatur ranceo ces cui. i. irasci. indignari fetere. esse ul fieri rancidum

Rancidus. a rancor oris dr rancidus da dū. i. iracundus. ul fetidus. amarus ex uetustate et insipidus. et hinc rancidulus la lū dimi. i. aliquantulū iracundus ul rancidus. potest eciam rancidum dici ex uicō quia rancos faciat. et corripit penl rancidus

Rancor. a ran qd est ira dr hic rancor coris. i. ira. indignacō dolor. amaritudo mentis. uel fetor. et ꝓprie fetor carnis ex uetustate ꝓueniens. A rancor dr rancorosus sa sum rancore plenus et h̄ et h̄ et h̄ rancors dis. i. irascens ul iratus. vnd rancorditer aduerbium. i. irascibiliter. et h̄ rancordia die. i. ira. vnde rancordiosus sa sum. i. iracundia plenus

Rancors rancordis in rancor est.

Ranella ranelle dimi parua rana

Ranetū raneti penl ꝓducta vide in rana

Ranula ranule diminutiuū parua rana

Ranunculus li dimi. ꝑua rana. et non seruat genus sui p̄mitiui. quia rana est fe ge. ranunculus cuius masculini generis. ut dicit p̄stianus.

Rapa. a rapio pis dr h̄ rapa pe. quia rapiat. i. cōphendat plus terre radice quam napus. vnde h̄ rapula le dimi qd h̄ rapulū inuenitur. et h̄ raparium locus ubi rape crescunt qd h̄ rapulariū dr. et h̄ rapulatum cibus de rapis. et ꝓd p̄mam rapa. vnde rapis casus ablatiui ꝓd ra. s; rapio cor̄ ra. vn̄ u sus. Quas tu dente rapis comes est inflacō rapis

Raphael interp̄tatur curacō ul medicina dei. ubicumque enim curandi ul medendi opus necessarium est. hic angelus a deo mittitur. vn̄ dicit gg quod sancti illi celestis patrie spiritus cū ad nos aliquid administraturi ueniunt. apud nos eciam nomina a ministerijs trahunt. Raphael quoque interp̄tatur medicina dei. quia uidelicet dū tobie oculos quasi ꝑ officiū curacōnis tetigit cecitatis eius tenebras tersit. Qui ergo ad curandū mittitur dignū uidelicet fuit ut dei medicina uocaretur ¶ Et scias quod raphael potest poni in ordine angelorum ſm ea que circa singulares ꝑsonas exercuit

Rapina. a rapio pis dr h̄ rapina ne. vnde h̄ rapinula le dimi. Et est rapina p̄de raptacō ex ponere. et rapinosus sa sum. rapina plenus. Committitur autem ꝓprie crimen rapine cū ꝑ uiolenciam vi et apte res alienas quis rapit vndecumque. excepto loco sacro ul re ecclesiastica. quia tunc cōmitteretur ¶ sacrilegium

Rapio. a rumpo pis dr rapio pis puj. qui enim rapit quasi rumpit. vnde raptim aduerbium. festinanter uiolenter quasi ruptim. et rapto tas frequentatiuū. Et est raptare frequenter rapere. trahere. a q̄ rapto tas aliud frequentatiuū. Rapio cōponitur cū ad et dr arripio pis pui arreptū. inuadere. ad aliquid agendū rapere et aggredi. vn̄ arreptus ta tū. Item cū con et dr corripio pis. simul rape ul castigare. Item a rapio cōponitur deripio pis. deorsum uel ualde ul de uno loco ad aliū rapere. diripio pis. diu̾sis modis ul in diu̾sas ꝑtes rape. Eripio pis. extra rape et liberare. ꝓripio pis ꝓcul ul ante rapere. Perripio pis. uald rapere. Preripio pis. ante rape. surripio pis. subtrahere. furari. vnde surrepticius cia ciū. Rapio et eius cōposita sunt actiua et faciunt p̄teritū in pui et sup̄ in ptū. Itē rapio cor̄ hanc sillabam ra. et in cōpositis mutatur a in i breuem in u̾bo s; in sup̄ in e. ꝑsper. Inuitis cristi munera nemo rapit.

Raptim aduerbium in rapio rapis est

Rapto raptas frequentatiuum in rapio vide

Raptor raptoris in raptus exponitur

